(6)

Quid senserit P. Ludovicus Molina in materia de auxilijs, quę inter PP. Dominicanos, et Jesuitas controvertitur.

Primo Molina contra Pelagiũ, necessitatem gratię simpliciter constituit et late probat esse de fide disp.e 6. ar.o 13. quæst.is 14. pag. 24. vers.o liberum nostrum arbitrium, et 25. vers.o Concl.o est de fide, et seq. Praeterea, iuxta doctrinam Concilij Trid.i habitus infusos, et supernaturales gratię Char.tis et aliarum virtutum requiri docet disp.ne 44. praesertim pag.a 272. vers.o atque, et sequentibus; multisque alijs in locis.

pa. 19. col. 1. vers. Liberũ, et vers. conc.o et seq.

pag. 190. col. 2. vers. atque. et seq.

Secundo, Actus huiusmodi virtutum, non solum quo ad modum, sed etiam quo ad substantiam, supernaturales esse, et nullo modo etiam secundũ aliquam rationem fieri posse a solo libero arbitrio, optime explicat pag. 59. ad finem in hęc verba, nullam omnino dari, non solum actum, sed neque rationem formalem actus nostri liberi arbitrij, ex his, qui ad credendum, sperandũ diligendum, ac poenitendum, ut ad salutem oportet, et denique ex his, qui ad justificationem, tanquam dispositiones commensuratae, proximę, vel remotę sunt necessarij, qui a solo libero arbitrio eliciantur, elicive possint, sed ad omnem talem actum, ad omnemque rationem formalem illius concurrere principaliter Deum, influendo, et cooperari per auxilia gratiae etc. Idem docet pag. 60. ad finem, vers.o Est tamen observandũ pag. 201. vers.o Sextum, pag. 231. vers.o possumus existimare, ad mediũ, et pag. 232. vers.o nostra, pag. 428. ad mediũ, et alibi sępe.

pag. 41. col. 2. vers. illud postremo.

pag. 42. col. 1. vers. est tñ observandũ.

pag. 137. col. 1. vers. sextũ. et seq.

pag. 165. col. 1. vers. possumus. et col. 2. vers. nostra.

pag. 328. col. 2. vers. ad primam.

Tertio. ad huiusmodi actus contra Pelagium, ponit auxilia gratiae cooperantis ut constat ex tota disp. 12. ad art.m 13. quæst.is 14. et pag. 59. vers.o illud postremo, et 60. vers.o est tamen, et disp. 38. pag. 228. vers.o 3.o asseveramus pag. 229. vers.o ex dictis pag. 232. vers.o nostra, et vers.o hinc quinto pag. 240. vers.o ad secundam probationẽ, et in Appendice ad librũ Concordiae pag. 27. et sequentibus.

pag. 41. col. 2. vers. illud. et 42. col. 1. vers. est tamen.

pag. 163. col. 2. vers. Tertio asseveramus et 164. col. 1. vers. ex dictis. 165. col. 2. vers. nostra. 166. col. 1. vers. Hinc quinto. 170. col. 2. vers. ad 2. probat.s

Quarto, Gratiam praevenientem constituit, et ei tribuit fidei, et totius Justificationis initium disp. 8.a ad art.m 13. quæst.is 14. a pag. 31. pag. et 42. ad finem, et 43. et praeterea etiam disp.ne 9.a cuius titulus est, Initium fidei, etc.

a pag. 25. pag. 30. col. 2 vers. ut quis. pag. 28. ib. initiũ fidei. 37. et. 43. et. 150. disp.e 37. pag. 172. disp. 41. col. 1. vers. dixi totius

esse à Deo, pag. 31. disp.^ne 12. pag. 52. disp.^ne 13. pag. 62. disp. 36. pag. 221. disp. 38. pag. 228. disp. 39. pag. 243. vers.º dixi totius, gratiam praevenientem; quia gratia praeveniens est, tempore, vel natura, antecedere influxum liberi arbitrij, quoniam si cernatur ut posterius tempore, vel natura, sortitur gratiae cooperantis ratione, et denique in appendice à folio 27.

Quinto, per gratiam praevenientem, seu internum eius auxilium, intelligit non solum illustrationem Intellectus, seu sanctam cogitationem, verum etiam motus quosdam voluntatis, et affectus indeliberatos, sive timoris, sive spei, aut amoris, sive cuiuslibet alterius similis boni affectus, ut constat ex pag. 214. vers.º 2.^da ratio est, et latius 259. vers.º in contraria sententia, et vers.º Idem dicendum est, de affectibus gratiae, quibus praevia cognitione, voluntas allicitur, et invitatur, tum ad eliciendam spem, tum ad diligendum Deum antequam actum spei, aut amoris, vel doloris ex dilectione eius eliciat. licet n. ad eiusmodi effectus

pag. 25. disp. 8. col. 1. vers. ad eiusmodi. 180. col. 1. vers. 2.ª ratio. latius 182. col. 2. vers. in contraria sententia. pag. 183. vers. idem dicendum est. egregie. vers. ut vero nec. ibid. col. 1. ex d. Aug.

pag. 35. vers. ad eiusmodi

260. elegan. Aug. 261. atque ergo. vers. ex his. ad med. pag. 263. vers. motus.

Sexto. Concedit, praeter auxilium sufficiens, auxilium efficax, et hoc ab illo distinguit pag. 232. vers.º antequam in haec verba. Sciendum est, nos non negare communem illam distinctionem auxilij sufficientis in efficax, et inefficax, ita tamen efficax ut libertatem arbitrij, ac proinde meritum, ac laudem ab eo non tollat etc. nec ibi pag. 235. reijcit auxilium efficax, sed late impugnat modum, quo alij explicant eius efficaciam, ut parum consonum Conc.º Tridentino, et his, quae fides catholica docet, de quo etiam pag. 236. et 237. et sequentibus et pag. 426. errorem vocat in fide, et late resistit.

pag. 166. vers. antequam.

à pag. 167. vers. et multa sane.

pag. 168. et 169. pag. 327. vers. certe non dubitare.

Septimo. Hanc efficaciam non esse à solo libero arbitrio, sed praecipue à Deo, et ab eius gratia, sed non sine libero arbitrio, ut de fide est, bene explicat pag. 60. ad initium, cum ait, ad omnem actum, ad omnemque rationem formalem illius, concurrere principaliter Deum, influereque, et cooperari per auxilia gratiae, ex eiusmodique influxu, tam eos, quam rationes formales eorum, habere, quod supernaturales sint, et quod in suo ordine, vel gradu, proxime, vel remote disponant, commensurate ad Justificationem, et infra, cum hoc tamen stat id, quod salva fide catholica, negari non potest, nempe ad eiusmodi omnes actus, necessariam esse cooperationem, liberumve influxum arbitrij nostri, sine quo influxu, non erunt etc. et ad finem illius pag.^e de eisdem actibus, sic ait, cooperationem nostram, influxumve arbitrij nostri, in eiusmodi actus

pag. 41. vers. illud postremo.

pag. 42. vers. est tamen observandum.

UGR Biblioteca Universitaria

neq. esse rem aliam, neq. rationem aliam formalem, quam ipsosmet actus, qui
ut emanant à libero arbitrio, tanquam à parte minus principali, unius
integrae eorum efficientis causae, et pag. 61. ad initium, nulla actio, aut

pag. 42. vers. eod.

ratio formalis actionis est, quae est à libero arbitrio, et nō simul, ac praecipue

pag. 165. vers. potue mus.

à Deo cooperante, et adiuuante, pag. 231. ad mediū, contendens liberi arbitrij
eū non aliud esse, quam liber influxus, et cooperatio arbitrij nostri in actū
Contritionis tanquā partis minus praecipuae totius causae integrae illius actus
atq. adeo fiat cooperante Deo simul, ac praecipue in eundem actū per au-
xilium gratiae praevenientis, quae eam tunc rationem etiam subit gratiae

pag. 328. vers. ad primam.

cooperantis, et adiuuantis arbitrium ad eundem actū, pag. 428. ad initiū, ipse

pag. 170. ad primā.

scilicet Deus est auctor, ac praecipuus effector eorum operum in nobis, pag. 239.

pag. 329. vers. ad Tertiam.

ad finem, pag. 429. vers.º ad 3.ª

Octavo. Nihil habere iustum, quo à peccatore discernatur, et de quo gloriari
possit, quasi illud non acceperit à Deo, aperte docet Molina pag. 43. ad

pag. 30. vers. quod sed. 61. vers. illud extremo. 165. vers. potuimus ad finē. 170. vers. ad primū eorum.

initium, pag. 60. paulo post initiū, pag. 231. ad finē, pag. 240. initio, quare
Deus est, qui praecipue iustificatum discernit à non iustificato, Deo coope-
rantis ipsius adulti, qui iustificatur arbitrio, ut est de fide, ac proinde
nihil habet iustificatus, quo à non iustificato discernatur, quod à Deo

pag. 329. vers. ad Tertiam.

non acceperit, atq. adeo, de quo gloriari possit quasi non acceperit pag. 429.
vers.º ad tertiam, late explicans illud Pauli 1.ae ad Corint. 4.º quis te
discernit, quid habes, quod non accepisti etc.

Nono. Cū docet, cum aequalibus auxilijs unū conuerti, et aliū non conuerti
intelligendū esse, de auxilijs gratiae praevenientis, non vero adiuuātis, et coo-

pag. 170. vers. ad secundam.

perantis, in quibus non potest esse aequalitas, optime explicat pag. 240.
vers.º ad 2.ª et in appendice folio 28. vers.º his dictis, et toto 29. et 30.
Praeterea, cū loquitur de aequalitate gratiae praevenientis, sumit illā entitatiue
nec unquam negat esse maius Dei beneficium, illam gratiā praevenientem
dari in circumstantijs, in quibus praecognovit Deus ea illa hominē bene operā-

pag. 86. col. 2. ad fin. 487. col. 1. ad init. 360. vers. quod deniq. et vers. quod si nomine. 364. vers. Si ita constitutis.

turum, idq. indicat pag. 130. ad mediū, et 459. vers.º quod deniq., et vers.º
quod si nomine, et 460. à principio, et 461. ad mediū, quā eam disputat
quaestionem, an cum aequali auxilio gratiae praevenientis, unus conuerti

UGR Biblioteca Universitaria

possit, et non alius, solum agit de aequalitate illius entitativa, quoniam Disp. 35. in art.o 13. q.nis 14. pag. 219. aperte docuerat, nomine gratiae, nō intelligi (ut de ea in illo libro disputatur) omnia, quae à Deo gratis impenduntur, eximaque eius providentia praeordinantur, et praeparantur, sed ea sola auxilia gratiae, à quibus opera nostra habent, quod sint ordinis supernaty.

pag. 149. vers. explicavimus.

Decimo. Ad perseverandū requiri speciale donum perseverantiae, aperte docet pag.a 71. ad finem, 93 et 95 vers.o 2.da Concl.o pag. 490. vers. dicendū est.

pag. 49. vers. quarto perseverandū. 63. per totū. 64. vers. 2.a c. 337. vers. secundū est.

Vndecimo. Praedestinationi quoad suū integrum effectum, nullam habere causā ex parte ipsius praedestinati, sed totam in Dei voluntatem misericorditer praedestinantis, tanquam in causam reducendam esse, aperte testatur pag. 418. vers.o 4.a Concl.o et ex professo probat, idem docet pag. 463. vers.o quinta Concl.o et pag. 466. Praeterea pag. 412. et 413. refert sent.a Chrysostomi Janselli Dominicani, et aliorum affirmantiū, usum liberi arbitrij provenientē ex auxilio nati, et speciali, et à Deo praevisum, esse causā, seu rationem praedestinat.nis ex parte adulti, quā sent.a tanquam falsam, et parū tutam in fide, fuse refellit, pag. 415. vers.o hac sent.a et pag. 466. vers.o his ita constitutis, ex propria sent.a definit, nullam dari causā, rationē, aut conditionem, etiam sine qua non, ex parte usus liberi arbitrij praevisi, aut praedestinat.nis aut mediorum, quibus Deus praevidebat perventuros in vitā aeternā, sed id totū docet in solam liberam, ac misericordem voluntatem Dei referendū, qui pro solo suo beneplacito, id ita voluit, et multis ibidē explicat, pag. vero 467. vers.o 7.a Concl.o respectu praescientiae, admittit condit.nē ex parte cooperationis liberae, quoniā si illa nō fuisset, Deus illam nō praescivisset, et quatenus ea praescientia est necessaria ad praedestinat.m et eius infallibilitatem, obiectum illius vocat conditionē sine qua non, et optime explicat pag. 473. ad mediū, et 474. vers.o illud magnopere, et pag. 481. vers.o quod vero, pag. 486. vers.o hac ergo, 490. vers.o quartū est.

pag. 359. vers. 4.a c.o 362. vers. 5.a c.o 364. vers. sic constitutis. 3.o pag. 319. vers. Chrisostomus Janellus.

pag. 320. vers. Licet sententia. 321. et 364. vers. sic ita constitutis.

pag. 364. vers. 7.a conclusio

pag. ~~[illegible]~~ 363. vers. quod melius 369. vers. illud magnopere. 382. vers. quod vero. 385. vers. Sol ergo. 388. vers. quartū est.

Ex his omnibus aperte colligitur, propositiones contra Molinā exhibitas S.V.E tanquam Pelagianas, aut semipelagianas, vel meras esse calumnias, vel hominum, qui aut eius doctrinam non legerūt, aut qui fuerint Pelagij aut semipelagianorum errores ignorarunt.

UGR Biblioteca Universitaria